



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Io. Francisci Leonis Eporediensis I. V. D. Episcopi Thelesini Thesaurus Fori Ecclesiastici**

**Leoni, Giovanni Francesco**

**Coloniae Agrippinae, 1682**

19 Principes Imperii tam Ecclesiam, quàm Imperium confovere tenentur.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-10316**

sibi Romana mater Ecclesia, quadam quasi germana charitate Germaniam illam, eo terreno dignitatis nomine decoravit, quod est super omne nomen temporaliter tantum presidentium super terram, plantans in ea Principes, tanquam arbores præelectas, & rigans illas gratia singulari illud eis dedit incrementum miranda potentia; ut ipsius Ecclesia auctoritate suffulti, velut germen electum † per ipsorum electionem, illum qui frena Romani tenerent Imperii germi- narent. Hinc est illud luminare minus in firmamento militantis Ecclesie per luminare majus Christi Vicarium illustratum. Hic est, qui materialem gladium ad ipsius nutum exci- curit, & convertit; ut ejus presidio pasto- rum pastor adjutus, oves sibi creditas spiri- tuali gladio protegendo communitas, tem- porali refrenet, & corrigat, ad vindictam malefactorum, laudem verò credentium, & honorum. Ut igitur omnis materia dissen- sionis, & scandali, seu etiam rancoris occa- sio, inter ipsam Ecclesiam, & Impetium au- ferantur, & ii duo gladii in domo Domini constituti debito sœdere copulati se ipsos ex-erceant in utilem reformationem regimini- s Universi, & nos in actu voluntatis, & operis inveniamur filii devotionis, & pacis, qui tam

18 Ecclesiam † quam Imperium consovere te- nemur, quicquid per Dominum nostrum R. Dei gratia Romanorum Regem semper Au- gustum Sanctissimo Patri, & Domino nostro Domino Nicolao Papa III. ejusque successo- ribus, & ipsi Romana Ecclesia recognitum, confirmatum, ratificatum, innovatum, de novo donatum, declaratum, sive concessum, juratum, & actum, seu factum est, per pri- vilegia, vel quacunque alia scripta quorum- cumque tenorem super recognitionibus, rati- ficationibus, approbationibus, innovationi- bus, confirmationibus, donationibus, concef- sionibus, & factis, seu gestis, tam aliorum Im- peratorum; & Regum Romanorum præde- cessorum Regis ejusdem, quam ipsius Regis, † & specialiter super fidelitate, obediencia, honorificentia, & reverentia, per Ro- manos Imperatores, & Reges, Romanis Pon- tificibus, & ipsi Ecclesia impendendum, ac pos- sessionibus, honoribus, & juribus ejusdem Ecclesia, & super tota Terra, † qua est à Radicosano usque ad Ceperanum, Marchia Anconitana, Ducatu Spoletano, Terra Comitissæ Matildis, Civitate Ravennæ, & Emi- lia, Bobio, Casena, Foropompilii, Forolivi, Faventia, Imola, Bononia, Ferraria, Coma- clo, Adrianis, atque Gabello, Arimino, Urbino, Monteferetri, Territorio Balne, Comita- tu Bertenorii, Exarchatu Ravennæ, Penta- poli, Massa Trebaria cum adjacentibus Ter- ris, & omnibus aliis ad prædictam Ecclesiam pertinentibus, cum omnibus finibus, Territo- riis, atque Insulis, in terra, marique ad Pro- vincias, civitates, territoria, & loca prædi- cta quo quomodo spectantibus. Necnon super Civitate Romana, & Regno Sicilia, cum om- nibus ad ipsam spectantibus, tam citra Fa- rum, quam ultra, Corsica quoque atque Sar- dinia, & cæteris Terris, ac juribus ad ipsam Ecclesiam pertinentibus. Nos nostri nomine principatus in omnibus, † & per omnia approbamus, & ratificamus, ac iisdem omni- bus, & singulis, & quibuscumque aliis, su- per eisdem per eundem Regem quoquomodo factis, & in posterum faciendis, voluntatem nostram, assensum, atque consensum unani- miter, & concorditer exhibemus: & pro- mittimus, quod contra præmissa, vel aliquod præmissorum nullo unquam tempore venie- mus; sed ea omnia, & singula pro posse no- stro procurabimus inviolabiliter observari.

Et,